

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

II. Septima Synodus explosa est à Concilio Francofordiensi, ob quastionem
de imaginibus. Verborum sono, non autem reipsa discrepabant. E
perversa interpretatione Latina verborum Constantini Episcopi ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

fessionibus Episcoporum, ut patet ex formula xiiii. in appendice tomī secundi Conciliorū Galliæ, quæ sic habet: *Beato vero Petro & Vicario ejus debitam subjectionem & obedientiam, suffraganeis vero nostris adiutoriis me exhibitorum prefector.* Quin etiam in formula juramenti quod Episcopi præfare tenentur Pontifici Romano, Gregorius VII. ejus inventor retinendum putavit beati Petri nomen, ob reverentiam nominis apostolici. Extat in regesto Gregorij VII. & in libris Decretalium.

C A P V T XVII.

Synopsis.

I. *Ad quoram curam pertineat nova legis examen.* Docetur hoc competere, in Gallia, Ecclesia Gallicana. E Concilio Turonico, quo Siricij & Innocentij decreta de calibatu recipiuntur, cum exceptione, quod attinet ad privationem communionis. E Canones apostolici non admissi olim ab Ecclesia Gallicana.

II. *Septima Synodus explosa est à Concilio Francofordiensi, ob questionem de imaginibus. Verborum sono, non autem re ipsa discrepabant.* E perversa interpretatione Latina verborum Constantini Episcopi natum præcipue dissidium Gallicana Ecclesia de recipienda Synodo Oecumenica deliberat. Quod locum habet maximè, quando per Legatos non adiuit Concilio, quod observat Anastasiu.

III. *Multi canones Octavo Synodi non sunt statim recepti ab Ecclesia Gallicana, quod adversi essent antiquis moribus regni.*

IV. *Hoc jure expendendorum canonum usa est Ecclesia Gallicana in Conveniu Bituricensi.*

V. *Non solum Ecclesia Gallicana, sed etiam Regis confessus necessarius est ad executionem publican novorum canonum. Episcopi de legi equitate disceptant; Princeps de Republica tranquilitate. Consilium Burgundia Ducis, ne quid novi constitutatur in regno abfque confessus Regis. Quia ratione receptus non est in Gallia liber Sextus Decretalium.*

VI. *Concilij Basileensis Decreta legi publice vim non habuerunt, donec regia lege firmata sunt. Concilio Tridentini definitiones fidei admissa Editio regio. Sed Decreta discipline non servantur, nisi quantum eorum sententia in Constitutione regias transcripta est. Inquiritus breviter in causas non admissi Concilio Tridentini Decretorum; idque totum apud denia Regum pendere ostenditur.*

VII. *Antiqua illa Gallorum opinio, de necessitate publicationis & acceptationis tam Ecclesia Gallicana quam Regis, confirmata est Concordatis.*

I. **N**UNC discutiendum restat ad quorum curam pertinet examen illud, an nova lex ecclesiastica sit utilis, vel noxia. Quod uno verbo explicari potest; nempe ad eos pertinere quorum interest legem ferri aut non ferri, id est, ad Episcopos, & ceteros è Clero qui conventibus publicis interesse solent.

Rem satis apertam uno aut altero exemplo confirmabimus. Siricij & Innocentij I. Decretales epistolas, quæ Sacerdotibus &

Diaconis uxorum usum ita interdixerunt, ut contumaces à communione abstinerent, Ecclesia Gallicana non statim admisit in eo capite quo à communione pelluntur: sed rem totam initio ita temperavit, ut officio suspensis, communione concessa, ad altiores gradus ascendendi spes adimeretur. Quod probatur canone ii. Concilij Turonici. habitu anno C D L X I. Et licet a patribus Concilij Turonici, nosfris emissis auctoritate id fuerit constitutum,

ut quicunque Sacerdos, vel Levita, filiorum procreationi operam dare fuisse convictus, à communione dominica abstineretur, nos tamen huic distinctioni moderationem adhibentes, & justam constitutionem molientes, id decrevimus, ut Sacerdos, vel Levita, conjugali concubientie inherens, vel à filiorum procreatione non defens, ad altiorum gradum non ascendas, neque sacrificium Deo offerre vel plebi ministrale presumat. Sufficiat his tantum us à communione non efficiantur alieni. Integratamen Siricij & Innocentij Constitutionem, absque ulla exceptione vel indulgentia, suscepit Synodus Agathensis anno dvi. Eadem libertate usa est Ecclesia Gallicana in non admittendis Canonibus apostolicis; etiam post editam à Dionysio Exiguo Collectionem suam; ut demonstratur libro III. cap. 4. §. 3.

II. Secunda Nicæna Synodus (quæ sub Hadriano Pontifice Nicææ primū coacta literis Constantini Imperatoris & Ireneus matris, deinde Constantinopolim translata, utriusque urbis nomine à scriptoribus Constantinopolitanæ vel Nicæna dicitur) ab Ecclesia Gallicana, in Concilio Francofordiensi, repudiata est. Cujus dissensionis occasio inspicienda est; & quid inde ad theorematis nostri probationem trahi possit, sincerè colligendum. Convenirent anno DCCXCIV. regni Francorum & Italiae Episcopi in urbe Francofordiensi, apostolica Adriani I. auctoritate & iussione Caroli Regis congregati. Proposita est sacro conventui Synodus Nicæna habita, quam illi Oecumenicam dici posse negarunt, quod Occidentis provincia per epistolas more ecclesiastico sententiam rogatae non fuissent. Imò synodus omnino expolerunt, quod imaginibus diuinum cultum ab ea decretum existimarent; non quidem aperta definitione, sed coniventia. Ita enim indignationem suam canone ii. expresserunt: *Allata in medium quæstio de nova Grecorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Constantinopoli fecerunt; in qua scriptum habebatur, ut qui imaginibus sanctorum ut Deifice Trinitati servitum aut adorationem non impenderent, anathema judicarentur. Qui supra san-*

& Imperij Lib. II. Cap. XVII. 119

Hincmarus Opus.
c. 10. *Quo tempore*
reliktum erat
admodum & Gallis
Synoda Synodus.

In Definitione F.
et A. v. Nic. 3.
syn. nomen
scriptum in Ven-
nitatis.

Cone. Nic. AA.
v. Codicis legit
Scholae. et al.
missa. p. 10.
7. 10. 11. 12.
13. 14. 15. 16.
17. 18. 19. 20.
21. 22. 23. 24.
25. 26. 27. 28.
29. 30. 31. 32.
33. 34. 35. 36.
37. 38. 39. 40.
41. 42. 43. 44.
45. 46. 47. 48.
49. 50. 51. 52.
53. 54. 55. 56.
57. 58. 59. 60.
61. 62. 63. 64.
65. 66. 67. 68.
69. 70. 71. 72.
73. 74. 75. 76.
77. 78. 79. 80.
81. 82. 83. 84.
85. 86. 87. 88.
89. 90. 91. 92.
93. 94. 95. 96.
97. 98. 99. 100.
101. 102. 103. 104.
105. 106. 107. 108.
109. 110. 111. 112.
113. 114. 115. 116.
117. 118. 119. 120.
121. 122. 123. 124.
125. 126. 127. 128.
129. 130. 131. 132.
133. 134. 135. 136.
137. 138. 139. 140.
141. 142. 143. 144.
145. 146. 147. 148.
149. 150. 151. 152.
153. 154. 155. 156.
157. 158. 159. 160.
161. 162. 163. 164.
165. 166. 167. 168.
169. 170. 171. 172.
173. 174. 175. 176.
177. 178. 179. 180.
181. 182. 183. 184.
185. 186. 187. 188.
189. 190. 191. 192.
193. 194. 195. 196.
197. 198. 199. 200.
201. 202. 203. 204.
205. 206. 207. 208.
209. 210. 211. 212.
213. 214. 215. 216.
217. 218. 219. 220.
221. 222. 223. 224.
225. 226. 227. 228.
229. 230. 231. 232.
233. 234. 235. 236.
237. 238. 239. 240.
241. 242. 243. 244.
245. 246. 247. 248.
249. 250. 251. 252.
253. 254. 255. 256.
257. 258. 259. 260.
261. 262. 263. 264.
265. 266. 267. 268.
269. 270. 271. 272.
273. 274. 275. 276.
277. 278. 279. 280.
281. 282. 283. 284.
285. 286. 287. 288.
289. 290. 291. 292.
293. 294. 295. 296.
297. 298. 299. 299.

Definitio Fidei.
A. v. Nic. 3.
7. 10. 11. 12.
13. 14. 15. 16.
17. 18. 19. 20.
21. 22. 23. 24.
25. 26. 27. 28.
29. 30. 31. 32.
33. 34. 35. 36.
37. 38. 39. 40.
39. 41. 42. 43.
44. 45. 46. 47.
48. 49. 50. 51.
52. 53. 54. 55.
56. 57. 58. 59.
60. 61. 62. 63.
64. 65. 66. 67.
68. 69. 70. 71.
72. 73. 74. 75.
76. 77. 78. 79.
80. 81. 82. 83.
84. 85. 86. 87.
88. 89. 90. 91.
92. 93. 94. 95.
96. 97. 98. 99.
100. 101. 102. 103.
104. 105. 106. 107.
108. 109. 110. 111.
112. 113. 114. 115.
116. 117. 118. 119.
120. 121. 122. 123.
124. 125. 126. 127.
128. 129. 130. 131.
132. 133. 134. 135.
136. 137. 138. 139.
140. 141. 142. 143.
144. 145. 146. 147.
148. 149. 150. 151.
152. 153. 154. 155.
156. 157. 158. 159.
160. 161. 162. 163.
164. 165. 166. 167.
168. 169. 170. 171.
172. 173. 174. 175.
176. 177. 178. 179.
180. 181. 182. 183.
184. 185. 186. 187.
188. 189. 190. 191.
192. 193. 194. 195.
196. 197. 198. 199.
200. 201. 202. 203.
204. 205. 206. 207.
208. 209. 210. 211.
212. 213. 214. 215.
216. 217. 218. 219.
220. 221. 222. 223.
224. 225. 226. 227.
228. 229. 230. 231.
232. 233. 234. 235.
236. 237. 238. 239.
240. 241. 242. 243.
244. 245. 246. 247.
248. 249. 250. 251.
252. 253. 254. 255.
256. 257. 258. 259.
260. 261. 262. 263.
264. 265. 266. 267.
268. 269. 270. 271.
272. 273. 274. 275.
276. 277. 278. 279.
279. 280. 281. 282.
283. 284. 285. 286.
287. 288. 289. 289.

*At vero si facimus similitudines Christi, non ut similitudinem adoremus, sed ut mens videntia ad superiora volet. Quod omnino concinit cum iis quae Gregorius Magnus docuit in epistolis ad Serenum Massiliensem Episcopum; quem sequi velle & Gallicani Episcopi, & Hadrianus in Apologetico ad Carolum, profitebantur. Non est autem quod aliquis miretur a Concilio Francofordiens tam alienam sententiam Nicæna Synodo affingi, ut par imaginibus honor, cum eo qui defertur sanctæ Trinitati, ab ea decretus fuisse dicatur. Neque enim abscondit hoc a synodo decretum fuisse affirmari poterat, cum in fidei definitione a patribus edita, ex majorum traditione, usus imaginum confirmetur, tanquam utilissimus ad renovandam *τερποτην μημελον*, seu recordationem, & earum imaginum sola honoraria veneratio, ei similis quæ Codici Evangeliorum & vasis sacris defertur, diferte fanciatur, non autem vera latria, quæ divino numini competit, ut conceptis verbis synodus profitetur. Ea definitio præsente synodo, (quæ Nicæna Constantinopolim jussu Principum translata erat, unde Sy-*

nodi Constantinopolitanæ nomen accepit) coram Constantino Augusto & Irene ejus matre relecta est, & totius synodi acclamationibus & Principum subscriptionibus confirmata. Quare Concilium Francofordiense non repudiavit definitionem Septimæ Synodi, (quod observatione dignum mihi videtur) sed quod *scriptum habebatur*, ut loquitur Concilium, nempe in Actis Septimæ Synodi, scilicet honorem Deo debitum imaginibus esse tribuendum. Non est autem quod dubitemus quin Synodus Francofordiensis sibi persuaserit illam blasphemiam Actis insertam fuisse. Hoc autem profectum est, ut docet liber Caroli, quod verba Constantini Constantiæ Cypræ Episcopi, quasi in eo sensu prolatæ essent, præsente & non refragante Nicæna Synodo, Galli nostri interpretati sint: *Infausse*, inquit Carolus, & *precipitanter* sive *insipienter* Constantinus Constantiæ Cypræ Episcopus dixit, *Suscipio & amplector honorabiliter sanctas & venerandas imagines, & que secundum servitum adorationis que substantiali & vivificatrici Trinitati emitto*. Huic reprehensioni responderet quidem Hadrianus, sed Constantini lapsum non excusat; quamvis aliam fuisse mentem Synodi Nicæna ex definitione fidei doceat, quæ divinum cultum soli Deo afferat. Mihi autem ipsa Constantini verba perpendenti, & Latina, prout à Carolo prolatæ sunt, cum Græcis comparanti, constat vitio interpolationis & barbaræ interpretationis accidisse ut contraria sententia à Coneilio Francofordiensi Constantino affingatur. Verba enim illa, *suscipio & amplector honorabiliter sanctas imagines*, participiis expressa sunt in Græco contextu, & à prioribus pendent. Deinde sequitur altera pars pericopæ, quæ divinum cultum soli Trinitati vindicat. Integer autem locus è Græco ita efferendus est: *Cum in nulla sententie parte alienas esse videam, quæ nunc lecte sunt, literas ab Oriente missas ad Tarasium sanctissimum Archiepiscopum & Patriarcham Oecumenicum, ab ea definitione fidei, quam ipse ante profectus fuerat, ego etiam indignus his consentio, & ejusdem sum sententia, suscipiens & honorariè amplectens sanctas & venerabiles imagines. Et adorationem secundum latram soli supersubstantiali & vivificatrici Trinitati impendo*. Itaque præter ceteras causas, vitium unius interpolationis & ineptæ interpretationis, Occidentis Episcopos ad explodendam Nicænam Synodum præcipue adegit. Quod imputari non debet Gallicanis Episcopis, nec dolo Iconoclastarum, quos, ut Gallis imponebant, falsa Nicæna Synodi exemplaria sup-

*Karolus M. in
Capitulari de non
adver. mag. lib. 2.
c. 17.*

*Hadrianus in A-
polo, ad Carolum.*

*Syn. Nic. Act.
111. διαχρόνος ή
απαύγαστος ή
μετακίνητος ή
γιαντής απάλα-
κοτες.*

Anastasius in vita
Basiliani.

Idem Anastasius
Præfatione in Sep-
timanam Synodum.

Idem Anas. in
Præfat.

Vide lib. 6. c. 15.
J. 5.

Pichorus in Præ-
f. ad Hilari.
Milicell.

Vide lib. v. cap.
28. J. 15.

posuisse vir illustr. Bellarminus & plerique omnes existimarent. Sed vitium illud triuendum est interpreti qui Græcam illam Synodum Latinè verterat jussu Adriani I. de cuius interpretis imperitia conqueritur Anastasius Bibliothecarius, qui secundam interpretationem aggressus est tempore Ioannis VIII. Interpres, inquit, penè persingula, relicto utrinque lingue idiomate, adeo est verbum è verbo secutus, ut quid in eadem editione intelligatur, aut vix aut nunquam possit adverbi, in fastidiumque versa legentium, penè ab omnibus hac pro causa contempnatur. Discussa occasione quæ Gallicanos Episcopos & Carolum Regem ad repudiandam Synodum Nicænam per errorem facti moverit, id tantum ex eo colligi velim, Reges Francorum, cum Gallicana Ecclesia, eam facultatem sibi arrogasse, ut de synodis recipiendis, vel rejiciendis, disceptatio sibi libera esset, præsertim si per Legatos suos rebus gerendis non interfuerint. Qua ratione usus est Anastasius, cùm de Synodi Trullanæ Constantinopoli habitæ canonibus loquitur, quos à ceteris patriarchalibus sedibus repudiatis fuisse docet; nimur quia nulla earum, cùm ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem presens inventa est.

III. Octava Synodus, quæ sub Hadriano secundo coacta est Constantinopoli, canones aliquot edidit, qui à Gallicanis Episcopis non videntur statim recepti. Etenim Hincmarus Episcopus nunquam eorum meminit in epistolis suis; & Ademarus monachus Engolismensis laudatus à Pithœco, quædam contra veteres canones illic decreta fuisse observat. Planè mores in Gallia receptos, & jura regia, variis canonibus videtur synodus illa petivisse. Etenim Principum suffragia ab electionibus Episcoporum arcer canon xii. cùm tam absque Regis consensu, etiam post Octavam Synodum, electiones in Gallia non fierent. Episcopos omnes sistere se Concilio Patriarchæ jubet canon xvii. neque Principum jussu impediri; cùm tam à regno diuidere, & synodo interesse absque consensu Principis, vetitum esse Gallicanis Episcopis doceat Hincmarus, & plerique auctores post Octavam Synodum. Eodem canone vetatur ne synodus fiat præsente Principe. quod moribus Gallorum adversabatur, qui Synodos in palatio ut plurimum celebrabant, etiam sub Carolo Calvo, post Octavam Synodum. Electiones Episcoporum soli Clero, expulsis laicis, afferit canon xxii. Sed populum habuisse suas partes in electionibus, usque ad seculum undecimum, omnibus notum est.

IV. Hoc jure expendendorum canonicum usa est Ecclesia Gallicana in Conventu Bituricensi à Carolo VII. Rege Francorum indicto. Etenim cùm à Legatis Concilij Basileenfis, quod apud Gallos tunc Concilij Generalis nomine censebatur, Ecclesiæ Gallicanæ congregatio rogaretur ut decreta & statuta ejusdem sacri Concilij recipere, & observare, observarique facere velle, decrevit prefata sancta Congregatio decreta ipsa visitare, ad sciendum si que essent simpliciter recipienda, & que cum certis modificationibus seu interpretationibus acceptanda congruere viderentur utilitati & moribus Regni & Delphinatus predictorum. Quibus decretis diligenter maturaque inspecta, ac visitatis, censuit eadem sacra Congregatio plurima ex ipsis decreta & statutis recipienda, cum certis tamen licet modificationibus.

V. Non solum autem Gallicanæ Ecclesiæ consensus expectandus est ut novi canones vigeant, sed Regi quoque ea sollicitudo maximè incumbit. Cùm enim pars nobilissima regij munera in tuendis canonibus & receptis moribus versetur, & antiqui Patres cum ordinem fecuti fuerint ut à Principibus confirmationem rerum definitarum postularent, præjudicio suo id Principibus arrogasse videntur ut novæ leges executioni publicæ mandari non possint, si eorum consensu expresso vel tacito destituantur, et si fortasse quamplurimis Ecclesiæ Gallicanæ proceribus accepta fuerint. Neque obstat quod objici posset, quemadmodum in abroganda lege per novæ consuetudinis usum sufficit ut major pars populi in eam consuetudinem conlenserit, ita etiam sufficere, ut novæ leges receptæ videantur, si numero vincant qui earum utilitatem commendant. Etenim diversa est ratio Principis & Episcoporum. Illis enim de novæ legis æquitate disceptare liberum erit. Sed de juribus regni, & de civium tranquillitate, quæ novitate illa fortasse concuteretur, solus Princeps decernit vi illius juris divini quod ei tuitionem canonum & consuetudinum antiquarum assertur; præsertim si legibus suis, aut decessorum, moribuscque receptis, canones illos aduersos esse videat. Hoc est satis antiquum Imperij Gallici arcanum; de quo retinendo monuit graviter Philippum IV. Regem Odo Dux Burgundiae: *Consulimus etiam vobis*, inquit, *quod nullomodo patiamini quod aliquis in regno vestro aliquid novum instituat, quod temporibus predecessorum vestrorum institutum non fuerit, vel ordinatum, vel usitatum.* De novis Bonifacij VIII. & ceterorum Pontificum constitutionibus loquitur, Quibus

Tom. 2. Libr.
Eccles. Gall. c. 14.
n. 1.